



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Pacificator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

comit: *Osculetur me osculo oris sui*, quod, sub Endymionis quem Diana in monte altissimo consopitum somno osculatur, in imagine adumbrant. Ajunt enim Dianam, ut quæ siderum vim quam ipsa recipit, ad inferiora transmittat, reginam esse & dominâ cœlestium proportionum atq; intelligentiarum: Endymionem vero animam hominis pii significare, cujus amore capti cœlites, ut illam sibi conjungere possint, neque osculari, in alto monte hoc est, dum cogitationem & mentem in cœlum attollit, somno altissimo consopit. id est, morte hujus corporis. Nam cum corpus impedimento sit, quo minus perfecte Deo coniungi possimus, sequitur eo soluto nos libere in cœlum evoluros. Quod quanto citius fit, tanto majores Deo gratias habere debemus: nec tamen recitare quamdiu ei visum fuerit, hujus corporis carcerem a quo animo ferre: sed assidue illum rogare, qui solus omnia bona largitur, ut interea saltem cupiditates nostras, quæ nos ab ejus complexu abstrahere possunt, interimat. Quod ut faciat, clementiam ejus supplicem manus tendens rogo & obsecro.



Cantic. 1.

At Lucian, in Astrologia ait illum primum mortalibus Luna rationem ostendisse.

PACIFICATOR HABITUS. CAP. XXX.

**N**OLUMUS hic omittere, priusquam viriles imagines absolveremus, quin ea adjiceremus, quæ Quintilianus de pacificatore habitu scribit. Sic enim ait. *Et ille habitus, qui in statu pacificator esse solet, qui inclinato in humerum sinistrum capite, brachioq; ab ante protenso, manum erecto pollice protendit: qui quidem maxime placet iis, qui se dicere sublata manu iactant: cujusmodi habitus hodie cernitur Romæ in pulcherrima statua, quæ pro e de Latræ in se stat.*



QUOMODO PINGI SOLERENT A VETERIBUS FAVOR, EIUQUE CONTRARIUM. CAP. XXXI.

**C**UM iis qui de Pacificatore habitu diximus, faciunt, quæ de favoris ejusq; contrarii symbolo scribit Politianus in miscellaneis: favorem enim pollicibus preffis, & ejus contrarium versis significari solitum ait, idq; Horatii, Juvenalis, Plinii & Prudentii auctoritate probat. Sic namq; ait Horat. in primo Epistolarum, 18. Epist.

*Consentire suis studiis qui crediderit te, Favor utroq; tuum laudabit pollice iudum.*

D Juvencus vero hoc modo: *Et verso pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter.*

Plinius autem libro Naturalis Historia vigesimo octavo, *Pollices, cum faveamus, premere etiam pro verbo jubemur.* Et Prudentius,

*Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa Delicias, ait esse suas, poltusque jacentis Virgo modesta jubes converso pollice rumpi.*

Ex quibus patet, eos qui faverent, pollicem premere, qui vero favorem denegarent, vertere solitos.

Nam eadem statua, de qua Pictorius li. 35. in pacificator, gestus hic refertur aliter à Pictorio lib. 26. in Pacificario. Favoru, quo contrarii figura. Idem à Pictorio li. 36. in Favor, traditur.

Aaaaa 2

FIDIUS